

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLIS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0004

Sabato 03.01.2009

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ **LETTERA DEL SANTO PADRE AL LEGATO PONTIFICIO PER IL VI INCONTRO MONDIALE DELLE FAMIGLIE (CITTÀ DEL MESSICO, 13-18 GENNAIO 2009)**
- ◆ **RINUNCE E NOMINE**
- ◆ **AVVISO DI BRIEFING**

◆ **LETTERA DEL SANTO PADRE AL LEGATO PONTIFICIO PER IL VI INCONTRO MONDIALE DELLE FAMIGLIE (CITTÀ DEL MESSICO, 13-18 GENNAIO 2009)**

LETTERA DEL SANTO PADRE AL LEGATO PONTIFICIO PER IL VI INCONTRO MONDIALE DELLE FAMIGLIE (CITTÀ DEL MESSICO, 13-18 GENNAIO 2009)

Il 15 novembre scorso Santo Padre Benedetto XVI ha nominato l'Em.mo Card. Tarcisio Bertone, Segretario di Stato, Legato Pontificio per la celebrazione del VI Incontro Mondiale delle Famiglie, in programma a Città del Messico nei giorni 13-18 gennaio 2009.

La Missione che accompagnerà l'Em.mo Card. Tarcisio Bertone è composta da:

- Rev.do Sacerdote Rogelio Alcántara Mendoza, Direttore Spirituale del *Seminario Hispano de Santa María de Guadalupe*;

- Rev.do Sacerdote Martín Muñoz López, Cappellano del Coro della Basilica di *Nuestra Señora de Guadalupe*.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio:

Venerabili Fratri Nostro

THARSICIO S.R.E. CARDINALI BERTONE, S.D.B.

Secretario Status

Digniore optantes futurae societatis condicionem, plurimi ex toto orbe Pastores et Christifideles laici proxime Mexicana in urbe convenient ad VI Familiarum Mundialem Congressum agendum, quibus cordi est familia institutrix iuxta humana et christiana instituta. Hoc argumentum maximi aestimatur momenti, quoniam "Familia vocatur in Ecclesia ad munus educatorium explendum, ad vitam missionemque ecclesiam participandam. Ecclesia cupit educare potissimum per familiam, quippe quae matrimonii sacramento ad hoc munus designetur gratia status" (Ioannes Paulus II, *Gratissimam sane*, 16). Reuera, praecipui humanitatis magistri sunt ipsi filiorum parentes qui, divina gratia suffulti, fidei in Christum, operosae caritatis et magnae spei virtutes iis tradere conantur, "atque hoc in ministerio tuendo primas agunt partes: sunt educatores quia sunt parentes" (ibid.).

Recordari iuvat cunctisque christianis familiis tamquam fulgida exempla offerre quosdam fideles, ex antiqua ac recentiore aetate, qui non solum iuvenibus, sed et plurimis ex gente vitam suam ad exemplum fortitudinis et memoriam virtutis reliquerunt (cfr 2 Mac 6,31). Ita inter plurimos eminuerunt in oriente sancti Basilius et Emmelia, qui inter novem filios quattuor habent sanctos, in occidente autem sancti Gordianus et Silvia, parentes Summi Pontificis sancti Gregorii Magni. Novo verum ineunte millennio Mater Ecclesia inter beatos annumeravit Mariam Teresiam Ferragud Roig, quae in Hispania una cum quattuor filiabus virginibus Christo consecratis martyrii palmam et caelestem gloriam est consecuta; coniuges Aloisium Beltrame Quattrocchi et Mariam Corsini in Italia; Ludovicum Martin et Zeliyam Mariam Guérin in Gallia, ex quibus nata est Patrona missionum et flos Carmeli sancta Teresia Lexoviensis.

Persuasum sane habemus huiusmodi eventum conferre posse in totius societatis et cuiusque personae beneficium. Libenter igitur accepimus invitationem Venerabilis Fratris Nostri Norberti S.R.E. Cardinalis Rivera Carrera, Archiepiscopi Metropolitae Mexicanae: cum autem Ipsimet illuc accedere non possimus, Te fidentes mittimus, Venerabilis Frater Noster, qui Noster cotidiana in explenda negotia primus es et perdiligens adiutor, ut ibi Nostram digne geras personam Nostramque congregatis afferas paternam hortationem benignamque salutationem. Quapropter harum Litterarum vi **NOSTRUM LEGATUM** Te nominamus ad VI Familiarum Mundialem Congressum qui Mexici celebrabitur a die XIII usque ad diem XVIII proximi mensis Ianuarii.

Legationem tuam totumque Familiarum Congressum enixe committimus validae intercessioni Beatae Virginis Mariae Guadalupensis et Sancti Ioseph, cunctorumque beatorum parentum, qui a Dei Filio Nationum moderatoribus et ipsis familiis necessaria adiumenta, iura et lumina exposcant, ut omnium hominum dignitas vere agnoscatur ac reverenter honoretur. Denique Benedictionem Nostram Apostolicam, caelestis gratiae pignus et Nostrae communionis testem, omnibus memorati eventus participibus nomine Nostro peramanter largiaris volumus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXVIII mensis Decembris, anno MMVIII, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XVI

[00011-07.01] [Testo originale: Latino]

RINUNCE E NOMINE • RINUNCIA DI AUSILIARE DI MECHELEN-BRUSSEL (BELGIO) • NOMINA DEL VESCOVO DI SAN PEDRO-EN-CÔTE-D'IVOIRE (COSTA D'AVORIO) • NOMINA DEL COADIUTORE DI

YOPOUGON (COSTA D'AVORIO) • NOMINA DI MEMBRO DELLA CONGREGAZIONE PER I VESCOVI • NOMINA DI MEMBRO DEL PONTIFICIO CONSIGLIO DELLE COMUNICAZIONI SOCIALI • RINUNCIA DI AUSILIARE DI MECHELEN-BRUSSEL (BELGIO)

Il Santo Padre Benedetto XVI ha accettato la rinuncia all'ufficio di Ausiliare dell'arcidiocesi di Mechelen-Brussel (Belgio), presentata da S.E. Mons. Jan De Bie, in conformità ai canoni 411 e 401 § 2 del Codice di Diritto Canonico.

[00005-01.01]

• NOMINA DEL VESCOVO DI SAN PEDRO-EN-CÔTE-D'IVOIRE (COSTA D'AVORIO)

Il Papa ha nominato Vescovo della diocesi di San Pedro-en-Côte d'Ivoire (Costa d'Avorio) S.E. Mons. Jean-Jacques Koffi Oi Koffi, finora Vescovo di Abengourou.

[00006-01.01]

• NOMINA DEL COADIUTORE DI YOPOUGON (COSTA D'AVORIO)

Il Santo Padre ha nominato Vescovo Coadiutore della Diocesi di Yopougon (Costa d'Avorio) S.E. Mons. Jean Salomon Lezoutié, finora Vescovo di Odienné.

[00007-01.01]

• NOMINA DI MEMBRO DELLA CONGREGAZIONE PER I VESCOVI

Il Papa ha nominato Membro della Congregazione per i Vescovi l'Ecc.mo Mons. Claudio Maria Celli, Arcivescovo tit. di Civitanova, Presidente del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali.

[00008-01.01]

• NOMINA DI MEMBRO DEL PONTIFICIO CONSIGLIO DELLE COMUNICAZIONI SOCIALI

Il Santo Padre ha nominato Membro del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali l'Em.mo Card. Karl Lehmann, Vescovo di Mainz (Germania).

[00009-01.01]

AVVISO DI BRIEFING

Si informano i giornalisti accreditati che **venerdì 9 gennaio 2009, alle ore 11.30**, nell'*Aula Giovanni Paolo II* della Sala Stampa della Santa Sede, si terrà un **Briefing per presentare il VI Incontro Mondiale delle Famiglie che avrà luogo a Città del Messico dal 13 al 18 gennaio sul tema: "La famiglia, formatrice ai valori umani e cristiani"**.

Interverranno:

Em.mo Card. Ennio Antonelli, Presidente del Pontificio Consiglio per la Famiglia;

Rev.do P. Gianfranco Grieco, O.F.M. Conv., Capo Ufficio del Pontificio Consiglio per la Famiglia;

Rev.do Don José Guillermo Gutiérrez Fernández, Pontificio Consiglio per la Famiglia, Coordinatore dell'evento.

[00010-01.01]

[B0004-XX.02]
